
Theses utriusque juris.

Numéro d'inventaire : 1980.00012.38

Auteur(s) : Charles Henri Pierre Chevallier Desessarts

Type de document : affiche

Éditeur : non renseigné (Paris)

Imprimeur : Veuve Ballard

Période de création : 4e quart 18e siècle

Date de création : 1786

Description : Une feuille de papier bruni et taché. Des déchirures ont été réparées par du papier collé au verso. Perforations aux coins. Estampe dans la partie supérieure.

Mesures : hauteur : 722 mm ; largeur : 503 mm

Notes : Affiche annonçant les thèses de droit civil et de droit canon que doit défendre, pour l'obtention du baccalauréat, Charles Chevallier Desessarts (peut-être des Essarts), le samedi 11 mars 1786, à Paris. Les articles de droit civil traitent des mandats. Les articles de droit canon portent sur les privilèges, c'est-à-dire des droits spéciaux attachés à une personne ou à un lieu. L'estampe représente apparemment Charlemagne, au ciel entouré de deux angelots.

Mots-clés : Affiches de thèses et d'exercices publics

Filière : Université

Niveau : Supérieur

Autres descriptions : Langue : Français

Nombre de pages : 1

Mention d'illustration
ill.



PATRI OPTIMO.

THESES UTRIUSQUE JURIS.

EX MATERIA SORTITO DUCTA.

CANONICI.

Ex Cap. 1. Extrâ. *De Privilegiis.*

PRIVILEGIUM sic dictum quasi privata lex, defini potest jus singulare, quod certæ persone, certo-ve loco concessum est, ut trahi non debeat ad consequentias.

I tantum possunt concedere privilegia, qui juris condendi potestatem habent, ut Summus Pontifex & Episcopi; concilia etiam generalia quedam privilegia & concessisse & ademisse constat.

DUPLICIS generis distinguuntur privilegia; personalia, & realia: personalia sunt, quæ certæ persone, vel certo personarum generi concessa sunt; realia, quæ rei, potè dignitati vel locis coherent.

EXEMPLUM personalia privilegii occurrunt in eo, quod Cisterciensibus, Templariis, Hospitalariisque concessum est, nè de propriis prædiis, quæ colerent ipsi, decimas solverent.

REALE utique privilegium est in honorem statûs Episcopalis introductum, ut tantæ dignitatis cathedra non constituitur, nisi apud majores populos, frequentioresque civitates.

COMMUNE, id est, omnibus privilegii, ut strictissimam recipiant interpretationem: sic privilegium decimas in alienâ parochiâ percipiendi non porrigitur ad novales.

SI qui concessit privilegium, vitâ sanctus fuerit, idque successores ejus renovaverit, innovatio privilegii ab eo facta novum jus privilegiato non tribuit, vetus tantum conservat.

AMITTUNTUR privilegia pluribus modis, maxime si is, cui concessum est privilegium, eo sit abusus, renuntiatione etiam & præscriptione; non tamen unico actu tolluntur.

RELIGIOSI, quibus à Romanâ sede concessum est, ut beneficia à monasterio pendencia in monasterii usus applicent, mortuis iis, qui ea obtinebant, in eorum possessionem ab ordinario sunt inducendi.

Has Theses ex utroque Jure, Deo duce, auspice Dei- parâ, & Præside CL.F.D. NATALI CLAUDIO NICOLAO DE LATTRE, J.U.D. Antecessore, & Decano, nec non & Censore Regio, tunc conabatur CAROLUS-HENRICUS-PETRUS CHEVALLIER DESESSARTS, Parisinus, die Sabbati 11 Martii, anno Dom. 1786, ab undecima ad primam.

Aderant cum jure suffragii sorte ducti Clar. D.D. Drouot, Godefroy, Berthelot, Demante, & Gravier.

PARISIIS,

IN SCHOLIS JURIS.
PRO BACCALAUREATU.

Apud Viduam BILLARD, Consulem Facultatis Typographum, viâ Mathuriniensium.

CIVILIS.

Ex Lege 4. Cod. *Mandati.*

MANDATUM est contractus nominatus bonæ fidei synallagmaticus solo consensu constans, quo negotium aliquod honestum gratui gerendum suscipiente procuratori committitur.

CONTRAHITUR quinque modis, sive sui tantum grati aliquis tibi mandat, sive sui & tuâ, sive sui & alienâ, sive tuâ & alienâ.

MANDATUM aliud est generale, aliud speciale, generale rursus duplex, aliud cum liberâ rerum administratione, aliud sine liberâ rerum administratione.

SI speciale mandatum sit, mandati fines diligenter custodiendi sunt, quos excedere mandatarius non potest.

LICET mandatum proficiscatur ex officio & amicitia, tamen recipit salariam, quod consistit in modico aliquo in recognitionem bene memoris ac grati animi largito.

QUATUOR finitur modis, primo revocatione si res integra sit nihilque interit mandatoris, secundo renuntiatione tempestiva, tertio morte mandatoris, quibusdam exceptis casibus, quarto morte mandatarii re integra.

EX mandato duplex oritur actio; nempe directa & contraria.

DIRECTA quæ famosa est, datur domino adversus procuratorem ut administrationis rationem reddat ad exactissimam diligentiam, & ut, quantumcumque emolumentum sentit ex negotiis mandatarii id præstet.

CONTRARIA datur mandatario ut sumptus quos fecit recuperet cum usuris, & omnia quæ impendit propter mandati ipsius causam, & damna quæ propter eandem passus est, reficiantur.

